





17
55

COLLEGII FEUDALIS
DISPUTATIO X.
De
JURE QUOD EX

feudo competit Seniori.

Quam,

D. O. M. A.

In celeberrima VVitebergensium
Academia,

SUB PRAESIDIO

HELFRICI ULRICI HUNNII
Marpurgensis Hesi J. U. D.
Privati exercitij causâ proponit

BALTHASAR HENCKELIUS
Jutrebocensis Sax.

Ad diem 25. Julij horis & loco consuetis.



VVITEBERGÆ

Typis Laurentij Seuberlichij.

17

INDEX
ADUS COMPENDIUS
IN CLOPPENBURG
HENRICH HEINICH
MAGISTER
DARTS
TYPIS
ALBANO



DISPUTATIO FEUDALIS. X.

De

IURE QUOD EX FEU-

do competit Seniori.

THESIS. I.



Vid juris ex feudo ac-

quisito competat vasallo, dictum est in proxima præcedente disputatione: Nunc dicendum sequitur de eo quod ex feudo acquir-

tur Seniori.
II. Hoc a, consistit in fidelitate, quæ præcipuus finis est feudi constituendi, ac forma substantialis feudi constituti, atq; his tribus potissimum capitibus continetur: Reverentiâ nempe, ac honore Seniori à vasallo exhibendis: Taciturnitate; & deniq; *Domini utilitate* *Uult. lib. 11. comm. feud. cap. 10. n. 21.*

III. *Reverentiam* & honorem vasallus, etiam non requisitus, imo etiam ad nullum servitium obligatus, omni tempore & loco, ubi ejus occasio erit, exhibere debet. Cujus effectus hi sunt præcipui: Quod vasallus non possit Dominum suum

A 2

sine

sine venia & permissu magistratus in ius vocare, sive actio intentetur de re ipsa feudali; sive de re quavis alia. *Uult. d. cap. 10. n. 22. Wesenbec. in paratit. ff. de injus vocā. n. 6. Zas. in epit. feud. part. 7. n. 49. Diss. Schrader. part. 6. cap. 7. n. 19. Borcholt. de feud. cap. 10. n. 33. Intrigl. de feud. quæst. 58. n. 21. Sneider. de vin in Epit. feud. part. 5. cap. 1. n. 116. Rüdning. lib. 1. var. lect. feud. cap. 44. Rosenthal. in synopsi feud. cap. 10. concl. 23. vide Rittershus. lib. 2. cap. 1. quæst. 14. Et seq. Andr. Khol. in tractat. de servit. feud. part. 4. n. 80. Et seq.*

IV. Quòd adversus senio rem non possit famosâ actione aut exceptione uti; sed loco ejus in factum actionem exceptionemve instituere cogatur. *l. 11. §. 1. ff. de dolo malo. l. 4. §. adversus. ff. de doli mali except. l. 2. l. 5. de obseq. l. 4. C. eod. Rittershus. in part. feud. d. c. 1. quæst. 6. Sonsbec. part. 11. n. 49. Schrader part. 6. cap. 7. n. 15. Ros. cap. 10. concl. 23. n. 1. et seq. Petr. de Bella Pertica in tractat. feud. c. 9. n. 16. Wesenb. de feud. cap. 9. Et 10. n. 15.*

V. Ideò & interdictum unde vi denegatur vasallo adversus Dominum, quia & hoc existimationem ejus, adversus quem dirigitur, gravat & atrocitatem facinoris in se continet. Aliter atque si vi armata usus esset Dominus adversus vasallū: Nam hîc interdictum competit. *l. 5. §. 1. C. de dolo malo l. 1. §. 43. ff. de vi. Et vi armata, junct. tit. 24. §. item*

item si delator § tit. 33. §. similiter lib. 2. Feud. Zas.
in Epit. feud. part. 11. n. 24. Rittershus. in d. cap. 1. q. 7.
Menoch. recap. poss. remed. 1. n. 95. Rosen. in tract. feud.
c. 10. concl. 23. n. 2. § 5. Forner. de feud. cap. 16. n. 3.
Diss. Borcholt. in tract. feud. cap. 9. n. 18. Vult. lib. 2. de
feud. cap. 1. n. 15.

VI. Interdictum verò uti possidetis, quia ejus
adversus quem dirigitur existimationem non læ-
dit, nec famam suggillat, vasallo etiam adversus
Dominum competere verius est. Menoch. retin.
poss. remed. 3. n. 124. Rosenth. d. c. 10. concl. 23. n. 6. ubi
allegat. Diss. Molin. in consuetud. parisiens. §. 11. n. 41
§ seqq: gloss. 1.

VII. Ex omnium tamen famosarum actionum
& accusationū numero excipitur accusatio per-
duellionis & criminis læsæ majestatis, quam à va-
sallo adversus dominum intētari posse commu-
niter placuit. Vide Schenck. Bar. ad tit. 24. §. item si
delator. n. 3. § 4. Rittershus. in part. feud. d. c. 1. quest.
8.

VIII. Præterea effectus reverentiæ est non po-
stremus, quòd vasallus contra seniore[m] testimo-
nium dicere nequeat: Et quamvis Accurs. distin-
guendum existimet inter vasallum volentem &
coactum ad testimonium adversus Dominum
dicendum: Rectius tamen rejectâ hac distinctio-
ne, distingvitur inter causam criminalem & civi-
lem,

lem, & rursus inter hanc magnam & modicam;
juxta textum *intit. 33. §. similiter lib. 2. Feud. Rit-*
tershus. in part. feud. lib. 2. cap. 1. quest. 10. & 11. Sneid.
in Epit. feud. part. 8 c. 2. n. 25. Rosenth. d. cap. 10. concl.
23. n. 25. & seqq. Duaren. cap. 14. n. 15. Zas. part. 10. n.
40. Vult. lib. 1. cap. 11. n. 27. Wesemb. cap. 10. n. 15. & c.
15. n. 5, Borcholt. cap. 8. n. 128, Schenck, Baro et Alva-
rott. ad. d. §. Similiter.

IX. Item effectus reverentiae hic est quod vasal-
lus Dominum adigere non possit ad juramentum
calumniae praestandum *d. tit. 33. vers. in quib. lib. 2.*
F. Rosenth. in synopsi feud. cap. 12. concl. 5. n. 10. Vult. de
feud. lib. 2. cap. 3. n. 6. Rittershus in d. cap. 1. quest. 12.
Borcholt. cap. 10. n. 39. Sonsbec. part. 14. n. 35. Obrecht.
in tractat. de jurament. calumn. cap. 8. n. 18.

X. Cum nec jure civili libertus à patrono suo
hoc juramentum exigere possit, eò quod reveren-
tiam patrono debitam haud leviter hoc ipsum
videatur laedere. *l. 8. §. penul. ff. qui satisd. og. l. 13. §.*
14. ff. de damn. intest. l. 7. ff. de obseq. patron. praest. l.
16. ff. de jurejur. Donell. 24. com. 13. Obrecht. in d. tra-
ctat. c. 5. n. 18. & seqq. Rittersh. in part. feud. lib. 2. cap.
1. quest. 12.

XI. Haec vero, quam modò dixi, reverentia Do-
mino à vasallo exhibenda durare debet etiam
post feudum refutatum & extinctum; idq; ob
me-

memoriam pristinae fidelitatis, necessitudinis & amicitiae, quibus Senior vasallum sibi devinctum habuit, *tit. 38. in fine lib. 2. F. Rittersh. in part. feud. lib. 2. cap. 1. quest. 16.*

XII. Etsi porrò Dominus suo fideli in omnibus vicem reddere ac fidelitatem præstare teneatur, *ut in tit. 6. lib. 2. F. ait Feudista*; Non tamen ad reverentiam vasallo obstrictus est; Et ideo quæ huc usq; diximus, ob reverentiam domino debitam, vasallo adversus Seniore[m] denegari; Ea omnia domino adversus vasallum licita ac permessa intelliguntur. *Schrader. in tractat. feud. part. 6. cap. 7. n. 14. Rittershus. in part. feud. d. lib. 2. c. 1. quest. 13. Zas. in Epit. feud. part. 7. n. 57. Duaren. de feud. cap. 13. n. 8.*

XIII. *Secundum* fidelitatis caput est *Taciturnitas*, ne scilicet vasallus Domini sui secreta consilia sibi commissa; revelet *tit. 6. lib. 2. F.*

XIV. Præterquam si hoc è re Domini esse existimarit, aut Dominus in hoc ei consenserit. *Vult. in d. lib. 1. cap. 10. n. 23.*

XV. *Tertium* fidelitatis caput, ad quod senior fidelem habet obstrictum, consistit in *consilio & auxilio* domino à fideli præstando, nempe in sex illis quæ referuntur *in d. tit. 6. vers. sed. quia lib. 2. Feud Vult. d. cap. 10. n. 25.*

XVI.

XVI. Et hoc tam pacis quam belli tempore:
Tamen si feudorum servitia ut plurimum sint
militaria, sive equestria, tit. 5. § 6. lib. 2. F. Ritters-
bus. in d. cap. 1. quest. 17. Khol. in d. tractat. de servit.
feud. part. 4. n. 34.

XVII. Et non solum ad defendendum sed etiam
ad offendendum alterum, tit. 7. vers. § si sci vero.
junct. tit. 28. in pr. lib. 2. Feud.

XVIII. Sed in causa non nisi justa atque honesta,
inque bello legitimo tantum & justa de causa sus-
cepto arg. d. tit. 7. § tit. 28. Schenck Baro ad d. tit.
28. Sneidev. in Epit. feud. part. 5. n. 100. § seq. Diss.
Schrader part. 6. c. 1. p. 6. n. 26. Zas. part. 7. n. 39. Sonsb.
part. 11. n. 26. Ros. cap. 8. concl. 20. n. 3. Khol. in d. tract.
part. 2. n. 54. § seqq. Rittersbus. in part. feud. lib. 2. c.
1. quest. 20. Qui distinguunt circa injustum bel-
lum inter offensionem & defensionem.

XIX. Unde Vasallus Domino suo bannito aut
excommunicato opem ferre aut consilium præ-
bere non debet, nec cogitur: Tum quod hisce
casibus vasallus sacramento fidelitatis ipso jure
solutus sit: Tum etiam quod Senior hoc ipso, quod
excōmunicatus aut bannitus est, factus sit com-
munis omnium hostis, civiliterque mortuus cen-
seatur. d. tit. 28. Kobl. d. part. 2. n. 59 § seqq. Ritters.
in d. cap. 1. quest. 21. § seqq. Stephan. Forcat. in tra-
ctat. feud. c. 10. n. 13. Zasius in Epit. feud. part. 7. n. 40.
XX.

XX. Cæterum non prius cogitur vasallus Dominum juvare eiq; servire, quam si de hoc à Domino suo requisitus & interpellatus fuerit. *tit. 7. § tit. 28. § ad hoc lib. 2. Feud. § tit. 21. lib. 1. Schrad. der part. 6. c. 6. n. 38. Rittershus. in part. feud. d. cap. 1. quæst. 17. Zas. part. 7. n. 27. Borch. de feud. c. 1. n. 24. Sonsbec. part. 11. n. 25. Andr. Khol. d. tractat. part. 7. n. 3. § seq. Sneidevvin part. 5. n. 97. Vult. de feud. c. 10. n. 33. Rosenth. c. 8. concl. 26. n. 1.*

XXI. Et hoc etiam si sciat Dominum opus habere servitijs *tit. 37. § fin. lib. 2. Feud. tit. 55. § firmiter. eod. Schrad. d. c. 6. n. 38. Khol. d. part. 7. n. 5.*

XXII. Nec sufficit à quovis vasallum requisitum & interpellatum esse; sed ab ipsomet Domino requirendus est; quamvis & hoc suas habeat limitationes, quas vide apud *Andr. Khol. in d. part. 7. n. 9. et seqq. Rosenth. d. concl. 26. n. 4. § Schrad. d. cap. 6. n. 38. § seqq.*

XXIII. Hoc a modo requisitus vasallus cogitur auxilio suo comparere atq; in propria persona Domino servire. *Ritterhus. in d. c. 1. quæst. 31. Andr. Khol. d. tractat. de servit. feudal. part. 1. n. 159. Diss. Schrad. part. 6. c. 6. n. 44. Rosenth. c. 8. concl. 23. n. 2. Sneidevvin part. 5. n. 112.*

XXIV. Nisi forsan justum aliquod impedimentum ei fuerit objectum, quo minus per se Domino servitia præstare possit, *Ritters. in d. quæst. 31.*

B

XXV.

XXV. Aut ab initio Personæ ad servitia præstanda, inhabili, veluti fœminæ, Clerico aut aliâs imperfecto, feudum constitutum fuerit: Tunc n. per substitutum servitia expedire permissum erit. *Wesenb. c. 6. de feud. n. 22 Forcat. c. 7. n. 5. Duar. de feud. c. 6. in fine.*

XXVI. Porro, sive per se, sive per substitutum Domino serviat fidelis, regulariter proprijs suis sumptibus servire, Dominumq; juvare dicitur. *Schenck Baro in tit. 33. § tit. 28. lib. 2. F. Zas. part. 7. n. 44. Rüd. lib. 1. var. lect. feud. cap. 50. Rittersb. in part. feud. lib. 2. cap. 1. quest. 33 Diss. Andr. Khol. in d. tractat. part. 6. n. 3. § seqq.*

XXVII. Nisi feudum adeo & tenue sit exiguum, ut illud sumptibus istis non sufficiat: Aut nisi extra patriam sive ditionem domini vasallus seniori militet, *Vide Dd. ad prox. thesin citatos.*

XXVIII. Quin&damnum quodin expeditione pro domino fecit, ipse vasallus, non verò dominus sustinet. *Rittersb. in partit. feud. d. c. 1. quest. 35. Borch. de feud. c. 1. n. 27.*

XXIX. Juvare autem Dominum vasallus tenetur adversus omnes. *tit. 7. § tit. 28. lib. 2. Feud. Andr. Khol. in d. tractat. de servit. feud. part. 3. n. 1. Vult. lib. 1. d. feud. cap. 10. n. 26.*

XXX.

XXX. Non tamen contra se ipsum; cum ordinata charitas incipiat à se ipsa: & in generali dispositione persona loquentis non contineatur: Nec quisquam videatur consensisse in id, quod contra se ipsum est, *Vult. in d. c. 10 n. 28. Andr. Khol. in d. tract. part. 3. n. 30. Et part. 4. n. 22. Ritters. in d. cap. 1. quest. 25. Zas. part. 7. n. 34.*

XXXI. Cui consequens est vasallo licitum esse adversus Dominum injustè offendentem sese defendere. *arg. l. 3. ff. de justit. Et jur. l. 2. Et 3. C. ad L. Cornel. d. sc. car. Vult. d. c. 10. n. 28.*

XXXII. Nec teneri vasallum domini sui salutem propriæ suæ vitæ anteponeere *arg. cap. non licet 23. quest. 5. Vult. d. n. 28. Intrigl. de feud. quest. 58. num. 4. Andr. Khol. d. tractat. part. 4. n. 21. Et seqq. Sonsbec part. 11. n. 33. Et part. 12. n. 12. Rittershus. in partit. feud. d. lib. 2. cap. 1. quest. 25. Zasius in Epit. feud. part. 7. n. 37. Schrader. in tractat. feud. part. 6. cap. 6. num. 36. Vasquius in controvers. illustr. lib. 1. cap. 11. n. 5.*

XXXIII. Nec obstrictum esse vasallum seniori ad serviendum contra suos parentes, aut per se, aut per alium. *Cujac. in tit. 28. vers. fin. lib. 2. F. Zasius de feud. part. 7. n. 30. Sonsbec part. 11. num. 36. Forner. de feud. c. 15. vers. nunc videamus. Ritt. in part. feud. c. 10. quest. 26. Diss. Vult. lib. 1. com. feu. cap. 10. n. 33. Rosenthal. de feud. c. 8. conclus. 14. n. 7.*

Schrader. part. 6. c. 5. n. 1. Andr. Khol. in d. c. 3. n. 8. & seqq. Borcholt. de feud. c. 7. n. 42. Intrigl. quest. feud. 58. n. 7.

— XXXIV. Nec adversus liberos suos. arg. l. 1. ff. ad L. pompejam. de parricid. Diss. Ritters. in d. c. 1. quest. 27. Vult. d. c. 10 n. 33. Et alij supra ad thesin prox. citati.

— XXXV. Nec adversus uxorem suam, Speculator tit. de feud. §. quoniam. n. 33. Diss. Andr. Khol. in d. c. 3. n. 16. & seqq.

XXXVI. Nec adversus patriam suam aut patriæ Parentem. Intrigl. quest. feud. 58. n. 9. & quest. 98 n. 122. Sons. part. 12. n. 6. Borch. c. 7. n. 42. Vult. d. c. 110. n. 31. Khol. in d. part. 3. n. 36.

XXXVII. Nec adversus summum principem seu imperatorem Romanum tit. 7. & 55. lib. 2. Feud. Vult. d. c. 10. n. 29. Wesenbec. de feud. cap. 8. n. 28.

XXXVIII. Nec deniq; contra antiquiorem Dominum. tit. 28. vers. contra. lib. 2. F. ibidemq; Schenck Baro n. 4. Rittershus. in d. cap. 1. quest. 14. Khol. de servit. feud. part. 2. n. 38.

XXXIX. Ita ut adversus hunc neq; per se, quod expeditum est, neq; per substitutum, posteriori Domino servire queat. arg. d. tit. 28. Schrader part. 6. cap. 6. n. 20. et 21. Rosenthal. cap. 8. concl. 16. n. 5. Diss. post Sneide v. v. in Epit. feud. part. 5. n. 96. aliosq; tam
ex

ex recentioribus quàm veteribus juris feud. Interpp:
quos allegat, *Andr. Khol. in d. part. 3. n. 42. &*
seqq:

XL. Antiquiori vero Domino adversus po-
steriorem recte serviet vasallus, cum ille in jura-
mento fidelitatis posteriori huic præstito sem-
per exceptus intelligatur, *d. tit. 28. in fine lib. 2.*
Feud.

XLI. Quod si contingat ut ignoretur uter
Dominus altero sit antiquior, existimat *Khol.* eo
casu si invicem inimicitias bellumq; gerant Do-
mini, nec constet utri prius juratum sit à va-
sallo, utriq; serviendum esse per substitutum:
Quod ipsi defendendum relinquimus. *Andr.*
Khol. d. part. 3. n. 45 & seqq.

XLII. Interim tamen verissimum est quod i-
dem *Khol* statuit, pluribus successoribus senioris
defuncti feudum commune pro indiviso tenen-
tibus invicemq; pugnantibus, vasallum quiesce-
re debere, nec ulli, ex istis suppetias ferre teneri. *d.*
part. 3. n. 55. & seqq.

XLIII. Jurare a. debet vasallus seniore su-
um quibus potest modis tum armis tum manu,
tum clamoribus, tum objectu corporis: nec in
periculo ipsum deserere potest *tit. 24. §. 2. lib. 2. F.*
Khol. in d. tractat. de servit. feud. part. 4. n. 8.

XLIV. Quod si fecerit & Dominus occubue-
rit,

rit, ipse excusatus erit quia fecit quod potuit,
quodq; debuit. *tit. 23. § 24. § 2. lib. 2. Feud. l. 1. §.*
tulisse ff. ad SC. Syllian. Andr. Kobl. d. part. 4. n. 19.

XLV. Sin verò dominus in manus hostium
pervenerit, ab ijsq; captus & custodiae m̄cipatus
fuerit: tum siquidem tantum pecuniæ è bonis i-
p̄ius domini redigi non possit, quâ is liberetur,
& quum videtur, ut vasallus suâ pecunia illum li-
beret. *arg. tit. 24. §. item si delator. lib. 2. F. Rittersh.*
in partit. feud. cap. 1. q. 42. Andr. Khol. d. part. 4. n.
40. § seqq. Diss. Schrader. part. 6. cap. 6. n. 95. Curt.
Iun. de feud. part. 4. n. 75. Zas. de feud. part. 7. n. 47.
Rosenthal. c. 10. concl. 20. n. 8. Vasquius lib. 1. contr. c. 7.
n. 6.

XLVI. Etsi vero etiam extra bellum vasallo
incumbet, ut Dominum, quotiens illi periculum
aliquod imminet pro virili juvet: *Andr. Khol. in*
d. part. 4. n. 34. post. Rosenthal. c. 8. concl. 19. n. 1. Curt.
Iun. part. 4. n. 5. § Sonsbecium 12. n. 12.

XLVII. Non tamen liberare tenetur pecuniâ
aut pro eo fide jubendo, si juste sit carceri inclusus
vel propter delictum vel æris alieni magnitudi-
nem. *arg. tit. 28. lib. 2. Feud. et tit. 26. §. licet. eod. Rit-*
tershus. in part. feud. d. c. 1. q. 41. Wesenbec. c. 10. n. 17.
Schrader. part. 9. cap. 8. n. 8. § seqq. Zas. part. 7. c. 47.

Khol.

Khol. d. part. 4. n. 36 & *seqq: Vult. d. c. 10. n. 36. Rosenthal. cap. 10. concl. 20. n. 12. Borcholt. c. 8. n. 114. Sneidevvin part. 2. c. 2. n. 82.*

XLVIII. Injustè verò inclusum omnino liberare debet: *arg. d. tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.*

XLIX. Sicut & egenti Domino pro quantitate feudi usq; ad dimidiam partem fructuum ac reddituum annuorum alimenta subministrare cogitur *Rittershusius in partit. feudal. lib. 2. cap. 1. quest. n. 40. Schrader. part. 9. c. 8. n. 12. Diss. Zasius in tractat. feud. part. 7. n. 48. Wesen. de feudis c. 9. n. 17. Sonsbec. part. 11. n. 46.*

L. Nec verò solùm corpus Domini vitamq; tueri debet vasallus: Sed etiam ipsum omni conatu quo ad honorem & existimationem tuendam juvare. *d. tit. 5. & 6. lib. 2. F. Khol. in d. tract. de servit. feud. part. 4. n. 54. usq; ad 59. Rosenthal. c. 10. concl. 17. n. 1.*

LI. Eidemq; auxilium ferre & consilium præbere ad res, cum retinendas, tum recuperandas injustè amissas, aut amittendas *tit. 7. vers. Et si contigerit ibiq; Alvarott. Schenck. Baro & Hotom. lib. 2. Feud. Khol. in d. part. 4. n. 60. & seqq:*

LII. Quin etiam ad res justè acquirendas. *arg. tit. 28. lib. 2. F. Sneidevvin in Epit. feud. part. 5. n. 94. Schrader part. 6. cap. 6. n. 14. Curt. jun. de feud. part. 4. n. 7. Andr. Khol. d. part. 4. n. 68.*

LIII.

LIII. In quibus omnibus si officio suo fun-
ctus non fuerit fidelis, seq; re ipsa fidelem præ-
stiterit, feudum perdit, ut in proxima dispu-
tatione dicetur. *Vide interim tit.*

23. & 24. lib.

2. F.

F I N I S.



Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv.,







B.I.G.

Farbkarte #13



...DALIS
 X.
INDEX
 ...niori.
 ...bergensium
 ...DIO
 ...I HUNNII
 J.U.D.
proponit
 ...NCKELIUS
 Sax.
loco consuetis.
 ...GÆ
 ...euberlichij.

17
55

